



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones
Lectissimorvm Casvum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Ludus, Ludere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

po-
z a-
r.3.
rtus
one
cir-
non
est
p.4.
rio-
om-
per-
ldi-
out,
ali-
it se
.10.
rua-
si ex
um.
asus
i te-
po-
f.11.
ex-
sub
tiâ.
am-

Quamvis id negent de aliis pœnis , exceptâ excomm. Valent. & Salon. *ibid.* ref.21.

15 Lex pœnalis siue purè pœnalis, siue mixta in materiâ graui, v.g. quæ aliquid vetat sub pœna capitis, cōfiscatio- nis bonorum, dānationis ad triremes, &c. obligat sub peccato mortali. Quia pœna supponit culpam. Suarez, & alij 14. Contrarium tamen est probabile. Nauarr. & alij 7. *ibid.* ref.17.18. & 20.

16 Declarationes Cardinalium maxi- mi quidem sunt ponderis , tamen vim legis non obtinent : quia lex non obli- gat nisi promulgetur ; sed dictæ de- clarationes non promulgantur. Sanch. & alij 8. *ibid* ref.29. Sed postea iudicium suspendit Auctor. p.5. tr.2. ref.96.

17 Regulæ Cancellariæ non obligant in foro interiori : quare donatio inter viuos facta per Episcopum intra viginti dies ante obitum , valet in foro con- scientiæ, licet per regulam Cancellariæ sit nulla Valerus. p.1. tr.10. ref.43.

Vide Pœna Statutum.

Ludus, Ludere.

1 **Q**ui domum suam exponit om- nibus ad ludendum alea, peccat mor-

mortaliter: nam talis ludus rarissime
absque peccato mortali exercetur; quia
ex lege naturali oritur obligatio non
ministrandi ludentibus materiali pec-
cati. Molina, &c alij 17. Vnde infertur si
lusores teneantur ad restitutionem, &
non restituant, ipsos teneri satisfacere.
La Cruz & alij 6 p.2 tr.15.ref.65

2. Clerici beneficiarij, & qui sunt in sa-
cris, peccant mortaliter sapè ludentes
per modum consuetudinis ludis pro-
hibitis alearum, &c. secus si tantum se-
mel, atque iterum sine scandalo. (San-
chez & alij 3.) Quod procedit, etiam si
luderent recreationis causâ. Sed con-
trà sentiunt Syluest. & Antonin. An
eadē sit ratio de puris Religiosis? negat
Salas, affirmat Sanch p.4.tr.4.ref.183.

3. Non tenetur quis soluere pecunias,
quas ludo prohibito perdidit: cùm le-
ges concedant ius repetendi sic amis-
fas. Secus est, si alicubi id ius non con-
cederetur, vel ludentes cesserint iure
suo. Molina & alij 6. licet quidam hoc
inualidè factum putent. Rebell. & Co-
uarr. p.2.tr.17.ref.8.

4. Si filius familias, qui nō potest mul-
tum perdere, lucratus sit in ludo ma-
gnam pecuniarum summam, non tene-

gur

tur ad restitutionem (Sanchez & alij 6.)
præterim si colludens sciebat illum
esse filium familias , sic enim videtur
cessisse iure suo. Henr. & alij 5. p. 1.
tr. 8. ref. 67.

5 Qui cùm multum perdidit cogit al-
terum adhuc ludere , atque ita & sua
recuperat, & alia lucratur, non tenetur
hæc restituere: quia remanet in altero
sufficiens voluntarium. Molina & alij
3 p. 2. tr. 17. ref. 27.

6 Qui ab altero ludente falsis char-
tis, vel aleis est lucratus, non tenetur re-
stituere: quia inæqualitas quæ hic est,
procedit ex culpâ alterius ludentis. D.
Thom. & alij 7 p. 4. tr. 4. ref. 169.

7 Qui per fraudem in ludo est lucra-
tus, & dubitat an alter fuisset lucratu-
rus, nisi ipse fraudem fecisset , non te-
netur restituere rem suam quam fortè
perdidisset , quia est in possessione il-
lius; sed illam solum , quam fraude lu-
cratus est. Lessius & alij 3. Qui ve-
dò du-
bitat an per fraudem sit lucratus, tene-
tur restituere: quia in dubio non potest
acquirere , & melior est conditio alte-
rius possidentis. Fill. uc. ibid. tr. 3. ref. 75.

LXXX-